

Johann Gottfried Bachmann Friedrich Wilhelm Hanstein


Disputatio Theologica De Messia, Eiusque Negotio

Duisburgi ad Rhenum: Sas, 1698

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn788770500>


Druck Freier  Zugang






93

Fa 1092 (93.)





213
MING
CLA
Bodem
OCCAS
ERNE
ET FAC
M. JO

DISPUTATIO THEOLOGICA

no 102.

De

MESSIA, EJUS-
QUE NEGOTIO.

Quam

AUSPICIIS DIVINIS

Publico Eruditorum Examine sistet

SUB PRÆSIDIO

JOHANNIS GODEFRIDI
BACHMANNI, SS. Th.
Doctoris & Professoris.

RESPONDENS

FRIEDERICUS WILHELMUS HANSTEIN.

Ad diem VI. Martii, horis locoque solitis.



32.

DUISBURGI ad RHENUM,

Typis JOHANNIS SAS, Academix Typographi,
Anno M. DC. XCVIII.

4
46
42
4

Viris Plurimum Reverendis atque Doctissimis

DN. DAMIANO HANSTEIN,
Ecclesiæ Langenbergensis à multis annis Sacrorum
Oraculorum Dispensatori Vigilantissimo, Fidelis-
simo.

**DN. JOHANNI CONRADO HAN-
STEIN,** Divinorum Mysteriorum, in Ecclesia Re-
formata Aquisgranensi quæ Christo Vaelsæ colligitur,
Præconi disertissimo, de Ecclesia Dei bene merito
& adhuc indies magis merente.

DN. HENRICO STUMPFIO,
Ecclesiæ Christi Meidericensis Pastori Vigilantissimo,
Meritissimo.

DN. CONRADO STUMPFIO,
Ecclesiæ Reformatæ quæ Christo Francofurti ad
Mœnum colligitur, Pastori, facundissimo, Doctis-
simo.

*Avo, Parenti, Avunculo, Cognato, omnis
cultus & observantia genere in ater-
num colendis, hancce Dissertationem, ea
qua par est reverentia & affectu, sa-
eram facit, dedicat,*

F. W. HANSTEIN,
Respondens.



DISPUTATIO THEOLOGICA

De

MESSIA, EJUS-
QUE NEGOTIO.

§. I.



Undi Salvatoris Natales gratâ, recurrentibus nuper statis vicibus, mente recoluit Ecclesia, & effusè lætata est. Conducit enim plurimum ut ad id quod quotidianis terendum atque tractandum est cogitationibus certis & fixis excitetur eadem temporibus, non quasi scrupulosâ denuo dierum differentiâ cum libertatis introductæ præjudicio onerari se patiatur (quo nomine dudum invisum se ei reddidit, cujus jugum feliciter excussit, AntiChristus qui tempora miscet Dan. 7: 25.) sed ut communis ex communi beneficio *παραξυσμος* urgeatur & *ὁμόνοια* conservetur: Unitatem enim in Ecclesiæ *ὁμοτιςω* corpore amat Deus unus, non *αἰξίας* sed ordinis author: Unde absque eo indifferens futura etiam esset temporis hujus aut alterius ad Messiaë nativitatem celebrandam determinatio, imprimis cum ad *jugem* ejus meditationem commendandam, non placuerit

A

cuerit

cuerit Spiritui S. in verbo suo fidelibus decisum incarnationis beatissimæ definire diem atque mensem, imò & annum, ipsius licet historiæ integrâ atque indubitâtâ veritate.

§. II,

Notum est cum quanto sententiarum divortio allegentur eam in rem producti Patres, quanquam & ab his diremtio hujus litis minime expectari possit, utpote plerisque, ex quibus pro tempore consueto apud Occidentales testimonium depromitur, quatuor à termino controverso seculis remotis, anterioribus autem per ærumnas & martyria infestatis penitus tacentibus; non enim tulerit quispiam Pseudo-Clementis (qui narrat se ex ore Apostoli Petri tempus illud accepisse) intrusas constitutiones Apostolicas, ne ipsi quidem Doctiores Pontificii. Sed & qui postmodum in Sacrà Scripturæ ancorâ tutò se figere posse pedem putarunt, solertiam suam atque singulare studium probarunt, certitudinem non auxerunt. Atque hic certè uti passim, mirari subit laudandam accuratorem, quâ istam rem attentârunt Viri Doctissimi Scaliger & Ligtfootus, utrique sed diversa viâ eundem nativitatis in *Autumno* inveniunt terminum. Et ille quidem operosam sed subtilem demonstrationem instruit petitam à distributione Sacerdotium familiarum in XXIV. Classes, quam David olim instituerat ut quælibet suis vicibus cultui divino in templo vacaret 1 Chron. 24. *Cumque integer* iste hieraticus cyclus juxta numerum classium absolveretur XXIV. pariter septimanis quæ duplicatæ annum non perficiunt observat annorum 224. spatio omnes ephemerias redire debuisse ad eosdem dies; Unde tum porrò concludit certò determinari potuisse in quodam tempore hujus
 aut

aut illius classis ministerium incideret.

§. III.

Verùm cum confusionem insignem iste ordo per captivitatē Babylonicā, per idololatriam variorum Regum Judæ, & alias causas passus fuerit, annotat ex Josepho, post templi ab Antiocho polluti purgationem usque ad ultimum excidium Hierosolymorum sub Vespasiano, ordinem illum nunquam fuisse interruptum: Atque hic jam chronologiam suam de anno nativitatē Messia secutus, Zachariam ex classe octavā Abiæ Johannis Baptistæ Patrem Ephemeriam suam inivisse statuit die 21. Julii, & absolvisse ejusdem 28., anno post Maccabæicā 160. cum diebus 192., cumque sub initium Augusti Elisabetha proculdubio conceperit Johannem Baptistam, qui semestri major fuit Christo, putat ineunte Januario Mariam concepisse, atque post novem menses Salvatorem edidisse, qui ita juxta ipsum natus esset sub finem Septembris, vel circa æquinoctium autumnale. Hæc Scaliger: Qui si tantum soliditatis pro se haberet, quantum speciei, confecta res foret; sed cum tot tamque dubiis hypothēsibus e. g. de certo Anno nativitatē salvatoris, (quem variis ex causis nunc incertum esse infra ostendemus) de restitutione ejusdem planè ordinis, de loco octavo quem *semper* obtinuerit classis Abiæ (quod dubium posset videri ex Nehem. c. 12.) aliisque istam demonstrationem superstruat certa illi deferri fides non potest.

§. IV.

Ligtfootus ergo aliter ejusdem temporis probationem instituit, Christum à Johanne Baptizatum, & ministerium inchoantem dicit fuisse 30. annorum ex Luc. 3: 23. In ministerio porro perseverasse tres annos cum dimidio,

dein mortuum festo Paschatis, quod incidebat in mens-
sem Abib, sive Nisan, atque hinc jam retrogradâ sex
mensium computatione devenit ad mensē Tisri (qui
ex parte nostro Septembri respondet, ex parte Octobri)
quo annos ætatis suæ Christus fuerit orsus; Sed neque
hæc extra omne dubium sunt posita; ut enim alia taceam,
trigesimum annum Christi quod attinet, non determi-
natur an ille fuerit completus? imò contrarium videtur
indicare particula addita *quasi, circiter*, quæ rotun-
dationem indicat vid. Act. 7: 20. & Joh. 5: 19. potuit ita-
que fieri ut aut infra tricenarium adhuc constitutus fue-
rit, aut eundem excesserit: Sed & Paschatis festa qui-
bus interfuit Christus, & ex quibus anni ministerii ejus
eruantur, non eodem modo numerantur ab omnibus;
Ut enim transeam eos ex veteribus, qui ætati Christi
tribuerunt annos 46. vel etiam 50. ex Joh. 8: 57. aliisque
rationibus, sunt qui tertium, sunt qui quartum, sunt
denique qui quintum faciant emortuale Christi pascha.
Statuendum ergo est noluisse Deum ut natalem Christi
certò sciremus ob rationem supra datam, neque putasse
nostrâ multum interfuturum, si cum sciremus, postquam
de ipso nobis beneficio abundè constaret.

§. V.

Sed quantillum tandem in accuratâ natalis Christi in-
quisitione momentum situm sit. Maximum certè ver-
satur in gratiæ, quàm attulit faustissima dies, agnitione
& sensu. Cunque ab utroque alienos se hætenus pro-
fiteantur *Judæi*, operæ certè pretium reputare debent
illi qui beneficii illius veritatem ipso experimento se ad-
didicisse profitentur, ejusdem quoque cognitionem ad
refractarios hætenus derivare, imprimis cum per Gen-
tes & גוֹצְרִים sive Christianos Jerem. 31. Abarbanele in-
terprete

terprete in fine dierum ad sanam mentem & φρόνησιν δι-
νατων reducendos illos esse innumeræ sperare jubeant pro-
 phetiæ. Simplicissimâ ergo hic ex Vetere Testamento
 (quod, dum Canticum Mosis ejus pars erat, & Legis
 Sectiones separatim scribi non debebant juxta Magistros,
 totum olim futurum esse *עַד תֵּשֶׁתֶם* contra Israellem præ-
 dixit Moses Deut. 31:19.) utendum est demonstratione
 non tam temporis ibi designati & accuratè cum Christo
 exhibito impleti, quàm prædicatorum & rei & personæ ad
 Jesum Nazarenum certissimæ relationis? Dico non esse
 ita circa temporis definiti implementum laborandum,
 nam de ejus dudum lapsso termino tam certò Christianis
 semper constitit contra Judæos, ut continua hi variè de-
 cepti quæsi verint effugia, imo causæ desperatio ipsos ad-
 egerit ad expungendum ex Prophetarum numero Da-
 nielem sibi contrarium, & ad diras quascunque insanâ ra-
 bie imprecandum temporum scutatoribus. תִּפַּח עֵצְמָן
קִיצוֹן של מחשבי קיצוֹן *Inflata rumpantur ossa eorum, qui pe-
 riodos temporum computant*, magistrorum verbum est,
 quod exhibet Celeb. Coccejus Exc. Gem. Sanh. Cap.
 XI. §. 30. Igitur temporis luculenta demonstratio *ἐχρη-
 σιαν* quidem & silentium extorquebit obstinatis, sed cum
 felici successu non movebit, nisi hi debito modo obser-
 vent eundem illum nobis cum in V. T. depictum salva-
 torem, atque ita dolentes in ejus tandem ruant ample-
 xus. Exhibeamus ergo succincto nexu ex propriis ipso-
 rum, quæ ita adamant, oraculis veram promissi Messîæ
 ideam, atque ita oculos ipsis suo tempore apertum iri
 flexanimi Dei potentiâ sperabimus porro & precabimur.
 Certissima autem nos usûros putamus Methodo, si ip-
 sum primò suis nominibus notatum consideremus Mes-
 sîam, & deinceps causam promissionis primò, & post-
 modum

modum exhibitionis ex solo V. T. claram fecerimus, quibus tum generalia temporis impleti signa addemus. *Nomina* quod attinet tantò minus ea negligenda sunt, cum, sicut aliàs rebus suis sæpè nomina convenire soleant, hæc imprimis veram illius Salvatoris indolem ex destinatione sapientissimi Dei, qui nunquam inanibus ullum mactare titulis censeri potest, contineant; Recenseamus ista obiter.

§. VI.

Promiserat jam *Messiam* Deus antequam sub hoc ipso nomine adhuc innotuisset: Nondum enim existentibus **משחה** unctis (quibus oleum, Mosi Exod. 30: 22. seqq. præceptum, cum initiatione Sacerdotii, Regni & Prophetici etiam aliquando ministerii applicandum erat) venturus quoque salvator non isto adhuc sub nomine veniebat, Consilio quippe Dei in id exeunte, ut à primis & rudioribus lineamentis progressus daretur ad magis claram ejusdem picturam. Igitur vocat eum Deus in proteuangelio *semen Mulieris* Gen. 3: 15. & *semen Abrahæ* Gen. 22: 18. Jacobo succurrit in lecto emortuali tanquam **שילה** *tranquillator & salus Domini* Gen. 49: 10. & 18. Bileamus observat eum ut *sceptrum ex Israele* i. e. Sceptrigerum Num. 24: 17. Moses ut *Prophetam* Deut. 18: 15. Hanna ipsum in Cantico prophetico salutatur Regem & primâ vice **משחה** *Messiam*. 1 Sam. 2: 10. Conjungit etiam utrumque hoc nomen de ipso loquens Deus. Psal. 2. quando dicit se *inunxisse Regem suum super Zionem*. Ibidemque *filium suum appellat hodie à se genitum*. Porro *Filius Regis* audit Psal. 72. & *Rex* Psalmo non uno. *Sacerdos* etiam & juxta ordinem quidem Melchisedeci. Psal. 110. **עמואל** Deus nobiscum dicitur, expresso in nomine *signo ex imis & summis* Divinâ vide licet & humanâ

humanâ naturâ petendo Capp. 7. 8. 9. Et *servus jehove*
 cap. 42. Jeremias eum *Pastorem* describit & *Regem*, vo-
 candum ab Israelitis יהוה צדקנו *jehova jussitia nostra*.
 Cap. 23. 4. 5. 6. & Cap. 30. *Dominatorem & magnificum*
Israelis. Malachias denique eum introducit ut *Angelum*
fæderis. Cap. 3. &c. Hæc & ejusmodi alia ita in V. T.
 trita & personæ controversæ propria sunt, fatentibus
 plerisque Judæorum Doctoribus, ut non tam de nomi-
 nibus, quam de eorum vi & significatione ulterior insti-
 tuenda quæstio sit. Deducemus Ergo ex illis jam recen-
 sitis certa quædam porismata, atque ita facilè videbimus
 quæ qualisque illa tantopere desiderata persona fuerit
 exspectanda.

§. VII.

Primò itaque non potest esse dubium ex variis illis ap-
 pellationibus quin *Messias homo* fuerit futurus, ex pro-
 sapiâ Abrahami, Judæ, Davidis oriundus, quod innuunt
 prædicata *seminis Abrahæ*, *germinis Davidis*, *surculi è*
trunco succiso Jesse Esai. 11. Proditurus erat ex *filiis Israel*
& ex medio eorum Deut. 18. futurus ילוד יקר *puer natus*
 Esai. 9. In urbe Davidis quæ pars tribus Judæ erat, *Beth-*
lehem. Mich. 5. Homo Ergo futurus erat, sed non ho-
 mo sicut Adam proximam matrem terram professurus,
 verum *filius hominis* humano partu à matre homine
 edendus in lucem, unde sub hoc nomine etiam prophe-
 tis venit loco non uno, vide inter alia Ezech. 1. & 10.
 ubi tamen hoc simul observandum est, quod, cum or-
 dinario nunc post lapsum generationis ordine ita produ-
 cantur homines, ut inhæreat omnibus, à primis pueri-
 tiis *figmentum illud prævium* de quo Gen. 6. & 8. quod-
 que David etiam tantopere in se deplorat. Psal. 51. Hic
 autem *Messias totus justus* appariturus esset Jer. 23: 5.
 Zach.

46.

42

9

Zach. 9. Esai. 53. quod per solam naturam impossibile erat, juxta Jobum, *quis dabit ex impuro purum* Cap. 14. necessarîo Ergò hic justus non sicut nos impuri secundum generationis fixas Leges ex *Patre & Matre* fuerit proditurus, sed modo singulari & extraordinario ex *Matre Virgine* sine interveniente opera aut voluntate viri, unde etiam istud disertè exprimitur Esai. 8. v. 13. *Virgo* concipiet & pariet filium, quæ res prorsus inaudita signi loco ibidem ponitur, quo confirmarentur increduli molimina duorum Regum inimicorum caritura successu, neque exstinguendam esse ab illis progeniem Regiam; quod admittere non poterat Dei promissio de Messia ex Regio sanguine ortu, hæc enim delusa certè fuisset, si res ex voto hostium tunc evenisset; unde etiam non nisi post adventum Christi Judæa Syria accensita fuit, Josepho teste.

§. VIII.

Messiam Ergo *hominem* habemus, sed non *hominis* tantum *filius* esse debebat, sed *Filius* quoque *Dei*, idque non eodem cum Angelis & hominibus (qui etiam *Filii Dei* appellantur) ordine, sed naturali, à cæteris eximio & sibi proprio, cui enim Angelorum aut hominum unquam dixit, *Filius meus es tu hodie genui te?* Psal. 2. Neque *ψυλὸς ἀνθρώπου* esse poterat, cui tanquam hæredi & Domino Gentes omnes ad finem usque mundi designarentur in hæreditatem & peculium, ut ibidem dicitur. Atque inde etiam est, quod *Filius* iste tam magnificis insigniatur titulis, quæ creaturæ omnis & Angeli & hominis excedunt capacitatem, *אל גבור* *Deus fortis* dicitur & *אבירא* *pater aternitatis* Esai. 9: 5. Venit equidem quoque nomine *Servi* & *Angeli*, sed Angeli qui idem quoque *יהוה* *Jehovah* est & passim appellatur. Unde
& ve.

& veteres Judæi Deum hoc nomen cum Messia communicaturum, ipsi profitentur; observante Coccejo Sanh. p. 379. Ipse est qui apparuit Abrahamo Gen. 17. qui luctatus est cum Jacobo Gen. 32. qui in clamavit Mo- sen Exod. 3. qui Israel in deserto dux fuit & Servator. Exod. 23. Esai. 63. qui *facies Dei est*, *ly præter* quam aliud sibi cultus objectum proponere Israel prohibetur à Deo præcepto I., & à quo Judæorum Doctores non infimi ordinis causam arcessunt, quare duobus prioribus præceptis Deus de se loquens in primâ personâ, sequentibus de Deo tanquam tertio sermonem habens introducat, hæc enim faciem Dei pronuntiasse censent. Verbo, ipse est, qui passim ubi Angelus audit, *Jehovah* quoque, & in se habere יהוה *nomen Dei* dicitur, ut taceam ipsa quoque summi & solius Dei opera eidem tribui. Accedit quod Messias passim promittatur futurus causa *salutis* omnimodæ & liberationis ab omni malo, quam tamen exclusivè ad omnes alios sibi soli vindicat Deus, ita ut maximè seriò protestetur se hanc suam *gloriam* non posse nec *velle* dare alteri Esai. 63: 11. & cap. 42.

§. IX.

Et ne cui mirum videretur illum jam tunc exstitisse, qui demum post plures annorum centurias nasciturus erat, Micha rem istam determinat cap. 5. tribuendo ipsi præter natale solum *מוצאות מקדם ומימי עולם* *egressiones ab aeterno & à diebus sæculi*. Sed & jam supra attigimus ipsum rebus creatis prorsus incommunicabili nomine *Jehova* innotuisse, & *אלהים* dici Psal. 45. & Jerem. 23. Quæ porrò ratio est, quare *magnus* ille sæpe *Jehova* promittere ista introducit, quæ alias præstiturus legitur *Messias*, ita e. g. se ipsum futurum *רעה* *Pastorem* populi sui prædicit Deus. Ezech. 34. & Esai. 40. ubi simul

B

hoc

hoc singulare de temporibus Messiae praedicatur, quod
 revelanda sit isto modo gloria Dei, ut visura sit omnis
 caro *os Domini* loqui. Ego ipse sum *הוֹדִיעַ לְךָ* loquens ille
הַנְּנִי *observate me* Dei de exhibitione Messiae vox est.
 Esai. 52. Scilicet per eam habitaturus erat & ambulatu-
 rus Deus in Israele Zach. 2. tanquam *filius hominis*.
 Ezech. 1. & 10. atque ita dicendum erat Zioni, *Deus tuus*
Rex est Esai. 52. & *ecce Deus vester* Esai. 40. Extare equi-
 dem nominis sui memoriam voluit Deus in templo,
 quod habitavit olim, adhibito certo praesentiae suae signo
 nube, sed *σκήνωσις* haec ad digniorem multo & nobiliorem
 illam in carne habitationem ordinata erat, cum volupe
 sibi alioqui non esse inter tabulati assamenta, aut parietum
 delitescere latera, & verbis Esai. 66. & gemino ex-
 perimento testatum fecerit in utriusque templi perem-
 toria destructione? Caterum & hoc praetereundum
 non est quod plerumque in Psalmis tanquam aequipol-
 lentia alternentur *Regnum Jehova & Messiae*. Concludi-
 mus ergo ex jam praemissa descriptione, Messiam, qui
 Israelis erat expectatio, *summum* quoque *Deum* esse,
 qualem cum propterea etiam tam longis retrò seculis
 depictum dederunt Lex & Prophetæ, ne ad subito appa-
 rentem Deum *ἐνοικηκωθέντα* humana stupefceret ratio, &
 materiam incredulitatis praetexere posset, unde nec mi-
 rum est quod cum postmodum Judæi ista prophetarum
 monita per incuriam negligerent, Gentiles autem pri-
 mitus ea ignorarent, utrique incredulitatis & scandali
 crimen incurrerint.

§. X.

Sed nolint tamen inde putare Judæi, obtrudere nos
 ipsis duos Deos, aut infringere velle *πολυθεύτητον* eorum
 ex Mose petitum symbolum *שמע ישראל יהוה אלהינו יהוה*

אחד יהוה *audi Israel, Jehovah Deus noster, Jehovah unus est* Deut 6. Certissimum enim istud est, & felicissimè Gentilium *πλουθιότητι*, cui semper istud opposuerunt, petit jugulum; Interim non negligent etiam, quod ille unus יהוה eodem tenore prædicetur *אלהים pluralis?* Igitur Jehovah unus est & unicus, sed non fit *Deus noster*, nisi sit *אלהים* in eadem unitate pluralitatem includens personarum, Patris, Filii & Sp. Sancti, inter quas adeo personas diversæ quoque partes ad unam & communem tribus Divinam essentiam glorificandam in hominum salvatione dividi poterant: Nihil hic habet etiam quod opponere possit ratio, videt enim unitatem Dei, quam ex sinu suo indubitatum apprehendit, factam tectam manere, sed admittit tamen simul, multa in Ente infinito esse posse & esse, quæ finitam suam transcendant sphaeram, alioqui non fore illud infinitum, aut hanc finitam, adeoque quòd, si Deus se revelet licet unum essentiã, trinum tamen insuper personis, hæcque revelatio cum summã entis summè perfecti decentiã conjuncta sit, nihil ipsa hic inveniatur quod sibi contrarium, sed quod maximè conveniens sit. Cum igitur Scriptura V. T. tres nobis proponit (nam de Spiritu Sancto, firmissimè etiam res constat, sed quod jam non agimus) qui individuo simul Jehovah nomine gaudent, de modo eorum subsistendi non necessum est ut solliciti simus, unde & sacer Paroimias hic subsistens quatit *מה שמו ומה שם בנו* quodnam nomen ejus? & quodnam est nomen Filii ejus? Proverb. 30.

§. XI.

Succedat Personæ Messiae ejusque naturarum descriptioni, ex quarum confuso conceptu primam originem traxit proletaria Judæorum in Messia suo distinctio, altera

B 2

confi-

46.

42

9

consideratio de *FINE* videlicet *Missionis* personæ tam extraordinariæ? Causam enim certe prægnantem oportet fuisse, quæ moverit Deum ad se tam arctè unicum cum carne humanâ, & sub hujus quasi tegumento de-gendum inter homines. Atque hic quidem negligimus meritò tanquam inanes & otiosas, speculationes Scho-lasticorum, qui ad perfectionem universi apparituum fuisse carni junctum Filium Dei ineptiunt, si vel nulla unquam per lapsum affricata humano generi labes fuisset, qui & Osiandri ex lacunis eorum haustus error erat tempore reformationis. Sed non possumus quin obiter notemus errorem Celeberrimi cujusdam Theologi, qui idem statuit, sed ex aliâ ratione; Finem, dicit, utique nobiliorem esse debere mediis, quæ ad illum tendunt, cumque incarnatio Dei majus quid sit, quam finis qui prætenditur, salus nempe hominum, patere, non posse illam ad hanc tantum ordinatam concipi tanquam finem: Verum si considerasset non tam finem ultimum missionis Filii esse *hominum salutem*, quam *Dei ejusque sum-marum perfectionum glorificationem in hominem salute*, procul dubio aliter sentisset, nam ita salus quoque hominum ultimo Fini Dei glorificationis scilicet sui ipsius, subordinatur tanquam medium: Et incarnatio Filii Dei minus quid est, quam summa Dei gloria, illa enim pro-pter hanc fieri debuit. Sed hæc ἐν παράδεισῳ, Judæis enim nunc præcipuè loquimur.

§. XII.

Itaque indagemus porrò quorsum tendat istud Dei de exhibitione Messix consilium: Finem enim, ut jam monui, eumque se dignum in hoc negotio habuisse oportet Deum, qui sapientissimus est & prolixum apparatus instituere non potest absque decentissimo scopo: Hic autem

autem certè esse nullo modo poterat externæ aut terrenæ felicitatis in Cananitide tranquilla & jucunda possessio, quod Judæorum præjudicium est; Quis enim aliquo saltem modo gloriæ divinæ studiosus cum sano judicio cogitare poterit tantæ istud molis opus fuisse, ut ejus pretium duxerit Deus de cælo descendere atque humanæ se jungere carni? Et cui quæso absque insigni in Dei summam bonitatem contumeliâ in mentem venire potest voluisse ipsum terrenis præcipuè bonis pascere corpora suorum, cum infinitis per naturam velit perfundere mentes divitiis, quarum illa tantum levem quandam umbram referunt. Sed & aliud quid à Messîâ exspectandum fuisse quam hoc, vel inde patet, quod utique terræ illius quietæ & pro illis ætatibus satis sæpe constans fruitio data jam Israël fuerit à Deo & sæpius restituta Ducibus atque antesignanis Mose, Josuâ, Gideone, Jephtha, Davide, Zerubabele aliisque, qui ita paria cum Messîâ præstitissent, cum tamen hi ipsi medias inter terræ illius delicias continuâ ἀποκατάδοσις in illius ferrentur adventum. Quid quòd plurimi sub promissione fideles salutis suæ in Messîâ spem firmaverint, quibus tamen non contigit istam adire Corinthum, imò ne quidem proposita fuit; Ut jam non dicam innumeris locis monere Prophetas Liberatorem illum licet primò exhibendum Israël, non tamen hujus tantum fore *πρωτότυπον*, sed Gentium etiam ad ultimas usque terras Lucem & exspectationem, illis autem omnibus recipiendis utique unicæ illius terræ portiuncula sufficere minimè poterat. Quæ omnia si quis defecata & præjudiciis vacuâ mente consideraverit, mox advertet corporea ejusmodi beneficia esse non posse, quæ mereantur attendi tanquam effecta tam momentosæ promissionis.

46.

42

4

§. XIII.

Ne Ergo in re tantâ decernendâ quicquam peccetur, sollicitè cavere jubet præterquam commendata omnibus gloriæ devinæ observatio, propriæ quoque salutis momentum, quippe, quod ab illius certâ definitione in totum dependet. Eos enim populum suum futuros pronuntiat Deus, qui Messia sint adha suri, eumque Regem professuri. Igitur Deum in verbo suo studiosius circa promissionem Messia consulenti, nihil ita frequens occurret quam ingeminata nominibus Benedictionis, *Pacis, Salutis, Justitiæ, expiationis & deletionis peccatorum, omnis boni &c.* beneficia, quæ Deum testatura perhibentur *אלהינו Deum nostrum*. Cumque certissimum sit Adamo *ad imaginem Dei in similitudine Dei* efformato & recto condito nonnulla ex istis bonis cum ipsâ naturâ collata fuisse à Creatore benigno, nonnullis autem in primævo statu nunquam opus fuisse habiturum, *pace* videlicet, *deletionis & expiationis peccatorum*, quippe nondum existente inimicitia, aut hujus causâ, peccato, sponte sequitur ex alio aliquo principio ortam postmodum fuisse necessitatem promittendi denuo ea quæ jam antea exstabant, & nova, quæ prior iste status aut nondum habebat, aut per se admittere non poterat.

§. XIV.

Moses igitur istud nobis fontem aperit, illectos narrans primos parentes ad transgrediendum mandatum Dei *πρωεργία* serpentis (quem optime *Samaelem* Angelum mortis quo dictante venenata ista verba prolocutus fuerit serpens, interpretantur Judæi) hinc amicitia fidelis Creatoris excidisse, & omnigenæ miseræ atque maledictioni, quam *mortis* nomine diserta Dei comminatio antea designaverat, obnoxios factos, eandemque conditionem

tionem deploratâ communicatione ad posteros mediante Lege Generationis derivasse: His Ergo rebus ita desperatis mox intercessisse Deum, & liberationem promississe procurandam à *semine Mulieris*, passuro quidem à serpente isto punctiōem *contritionem calcanei*, sed eo ipso *contrituro caput* illius, & potestatem ac dominium ejus cui tenebantur homines, una cum peccato, maledictione, miseria, *morte*, abolituro, atque his opposita bona justitiam, Dei communionem, benedictionem & vitam conciliaturo: Scilicet committere Deus nunquam potest, ut gloria sua quicquam patiatu detrimenti; id quod tamen certò futurum erat si ipse, addicendo iis bona, qui mala omnia promeruerant, negligeret Legem suam, quam immutabili & strictissimâ comminatione, morte moriemi ni, sanciverat; unde delendus erat iste reatus pœnæ exantlatione, implendum legis *δικαιομα* justum postulatum, exactâ obedientiâ? Et quia hoc ipsum in bonum hominum convenienter illi morali agendi ordini, quem observare Deo circa eos placuit, cedere non poterat nisi promulgaretur & cum divinæ *ἀξιωματικ* demonstratione annunciaretur, ut ita iidem medium istud salutis sibi propositum fide amplecterentur, itemque istud amplexi tuti præstarentur ab hostium variis insultibus, & his non obstantibus ad vitam æternam certò adducerentur, inde adeò est, quòd omne postmodum Messix negotium, præterquam generalibus, triplicis imprimis cum *unctione* dedicati muneris, *Sacerdotalis. Prophetici & Regii* characteribus adstringere in V. T. sapienter visum Deo fuerit. Quod postquam summatim tetigimus, specialius nunc lustrandum venit.

§. XV.

Fundamentum reliquorum Munerum est Sacerdotium,
unde

unde hujus natura tanto enucleatius est tradenda. Messiam igitur *Sacerdotem* nobis ἀνακλησάτωσ fiffit David Psal. 110: 4. Juravit Jehova & non pœnitebit eum, *tu es Sacerdos in seculum juxta ordinem Melchisedeck.* Dico *sine contradictione* Messiam hic proponi כהן *Sacerdotem*, quia omnes in Psalmo phrasés (per quas singulas nunc ire non licet) determinant ejus objectum Messiam? Davidis enim Regis in Terris ἀναπτεσθώνσ *Dominus* alius ab illo non erat, & Regnum, quod ita patheticè describitur, nonnisi ejusdem esse potest, quod aliàs in Psalmus *Dei* dicitur? Ipse autem cum *Sacerdos* verbis allegatis audiat, talis etiam proculdubio exspectandus erat. Scio equidem quid Grotii sæpe plusquam Judaico in Prophetiis Scotomate laborantis commenta hic fuerit audacia; כהן h. l. designare non Sacerdotem, sed forte *Regis Ministrum*, eò quòd 2 Sam. 8: 18. Filii Davidis כוהנים apud Regem dicuntur fuisse i. e. primæ dignitatis, intimæ admissionis Ministri, quo modo istud explicatur 1 Chron. 18: 17. *primi apud Regem*, & juxta vim vocis, כהן quæ *accedere* dicit, accipi debet; Sed neglexit, hic aditum *ad Deum* indigitari, qui nulli tunc juxta Dei dispositionem patebat nisi *Sacerdoti*. Verum neque iste tantum locus est, qui hanc nobis Messiaë muneris partem exhibet, suppetunt plura. Zacharias eum cui *Germen* nomen, כהן *Sacerdotem* futurum dicit, atque inde consilium *pacis* fore conspicuum Cap. 6. 12. 19. Alii alia.

§. XVI.

Sed imprimis luculentus eam in rem est Jeremias Deum introducens promittentem Messiam iis vocibus, quibus aliàs Sacerdotum functio solet exprimi. הקרבתי *Faciã eum*, inquit, *accedere ad me* ונגש *ut appropinquet ad me*, nam *quis est* ille qui in fidem suam recepit cor-suum,

suum, ut accedat ad me? Jerem. 30: 21. ubi conferendus est eum Jeremia Moses, cui ipsa ista verba קרב & נגש *appropinquare, accedere ad Deum*, in descriptione Sacerdotii admodum solennia sunt. Exod. 19: 22. Levit. 10: 4. Num. 16: 5. 9. 10. Talem scilicet in illius aetatis Ecclesiâ morem obtinere voluit Deus, quo exclusus & remotus ab altari de plebe Israel, licet alioqui nomine populi Dei in universum insignis, se accedere prohiberetur, & tanquam invisum profanumque vulgus procul arceretur; Hinc victimas, dona, commendare aliis in se non sanctioribus, sed ad id à Deo peculiariter delectis, transferenda ad ipsum necesse habebant, non sine manifesta impuritatis exprobratione, quæ magis proculdubio ipsos pungebat, quando antegressos sua tempora fideles non tam adstrictos fuisse, neque à Deo, intercedente licet semper Sacrificio, ita malè habitos legebant in historiâ. De quâ re ne quid dubitemus, ipse suam circa hoc ipsum mandatum aperit mentem Deus. Ezech. 20: 26. Et *impuros ipsos declaravi* (id quod Jeremias dicit בעלתי בהם, & Apostolus optimè reddit Hebr. 8: 9. ἡμελεσα αὐτῶν *sprevi ipsos*, suffragante & Abarbanele & Kimchio, qui annotat בעל cum ב constructum idem esse quod בחל, quod *fastidire* dicit, vide Zach. 11: 8. ἀπαξ λεγόμενον.) in donis suis בהעביר *transire faciendo* omne aperiens vulvam, *primogenitum* (phrasi in primogenitis frequentata) Antehac concesserat primogenitis Sacrum istud secum commercium, sed postquam suæ nimium liberalis & largæ, propriisque viribus nixæ astipulationis obliti Israelitæ, turpissimum fœditragium in μοχολατεία commisissent, jam durius eos pro ratione istius fœderis (quod per astipulationem stultam in operum fœdus degeneraverat Rom. 9., ut alias demonstrabimus) tractare, neglectim habere, & immunditiei

C

ditiei

46.

42

4

ditici suæ identidem memores esse voluit Deus: Quæ res eo tendebat, ut moneretur populi illius pars utraque, altera fidelium, carnalium altera, inesse omnibus quicquam Deo displicens, quod non admittat cum eo communionem: Ergo abjiciendam esse fastuosam ejusmodi dignitatis qualiscunque opinione turgidam confidentiam, atque adeo ad aliud à Deo propositum pacis *medium* recurrendum esse; A quo divino monito nē se exemptos etiam putarent reliquorum Antesignani Aaronidæ, vel hi ipsi jubebantur idem profiteri, dum ab ipsis Deum adiuturis Sacrificia pariter exigebantur pro peccatis suis, quippe cum reliquis eadem corruptione laborantibus, Levit. 4:3. cap. 16: 3. seqq. ut ita nec hi Deum conveniendi jure gauderent, nec fratres suos, pro quibus offerebant, ad Deum adducere possent: Alio igitur opus erat qui utrumque jure suo præstare potis esset: Hic Messias est; De quocunque alio istud pernegat apud Jeremiam Deus l. c., proposita quæstione (qualis loquendi modus intensionem solet indicare) *כִּי מִי הוּא זֶה* *quis enim alius ille est?* Qui spondeat pro corde suo ut ad me accedat? Quod ut tanto rectius capiatur, penitius consideranda est causâ tanti inter Deum & homines divortii, itemque medium ad istud tollendum sufficiens, unde tunc mox patebit, quod honos ille & onus Sacerdotii alii quam Messia deferri non potuerit.

§. XVII.

Prius quod attinet extra dubium est, hominem, prout nunc est nascendi conditio, cum ipsa naturâ corruptionem, individuum illius comitem adferre in mundum, juxta Ps. 51: 7. ubi in exaggeratione proprii peccati, ita David, *Ecce in iniquitate formatus sum, & in peccato, fovit me Mater mea;* quibus paria habet Esaias de Jaco-
bo

bo, inde ex utero defecto nominatus es. cap. 48: 8. Iſtam porro corruptionem cum ipſa ætate accreſcere, indubium pariter eſt ex Gen. 8: 21. *ſigmentum cordis hominis prævum eſt inde à pueritiis ejus.* Hinc ſequi hominis à Deo ſeparationem & alienationem, teſtis ſit ipſe Deus, cum Pf. 59: 2. Pf. 5: 5. 6. 7. &c. tum diſertâ Legis ſententiâ Deut. 27: 26. *maledictus ille, qui non rata fecerit verba Legis hujus ad faciendum ea;* Maledictio enim illa ultimum *excluſionis* à Dei communionem indicat gradum: Videri equidem poſſet huic ſeriæ declarationi Dei aliquo modo obſtare, quod longanimitatis ad tempus intercedente temperamento *tacere* videatur! Sed, præterquam quod ſapientes ipſi ſui inſtituti constant rationes, ſeriò ſimul proteſtatur ſuam ſe Sanctitatem abnegare non poſſe, neque committere ut peccatori videatur ſimilis, quod fieret, ſi *ſemper ſileret* Pf. 50: 21. aliud enim dixiſſet ſe facturum ac faceret, & Legem, quæ Sanctitatis ſuæ expreſſionem continet, redderet irritam, tenebras vocando lucem, imaginem ſuam peccatum, & ſubſtituendo maximum extrêmæ pœnæ præmium. Neque dicere juvat, humili atque ſeriâ reſipiſcentiâ, de peccato convictione, ejusdemque deprecatione, elui iſtam maculam, averti iram atque ultimam vindictam, Deique contra peccatorem excandefcentem animum mitiorem reddi potuiſſe; Quid enim? Annon ipſa illa ſeria à transgreſſionibus ad Deum converſio à Deo ejusque gratiâ & Spiritu provenit, ſecundum Jeremiam Cap. 31: 18. *Converte me & convertar?* Sed quo modo Deus iſtud largiri bonum poteſt hætenus ſibi inimico, vi Sanctitatis longiſſimè à ſe remoto, atque in æternum certiffimè à communionem ſuâ exulaturus? Peccatori autem ex ſe Deum quærere & ſequi æque impoſſibile eſſe, ac mutare cutem *Æthiopi,*

46.

49

9

aut maculas Pardo, docetur Jerem. 33: 23. Excusso enim Dei dominio, suum & peccati nutum sequitur: ita peccatum unum sequitur peccandi habitus, & , ut rectè Judæi, transgressio merces transgressionis. Sed & , quâ fronte adibit Deum peccator, qui eum scelerum suorum certissimum judicem & vindicem, vel ipsa indice conscientia, metuit, horret atque refugit, ut Adam protoplastus; qui post carecta latebat, nisi eundem secum placatum sciat?

§. XVIII.

Ea quæ dicimus, nituntur distincto conceptu *Justitiæ Divinæ* ejusque *ambiguitas*, hæc enim si à Deo inalienabilis intelligatur, ad necessitatem exhibendi Messiaæ planam mox viam pandit. Judæi, quia hac in re difficiles sunt, non mirum etiam est, quod tanto circa Messiam præjudicio laborent: idem dicendum de Socinianis, quibus hæc ipsa Justitiæ divinæ natura male intellecta variarum absurditatum causa extitit: uti & aliis qui acceptilationem in negotio justificationis comminiscuntur, aut operum suorum merita Deo objicere audent! Sed & nonnulli ex orthodoxis nostris qui cæteroquin satisfactionem pro peccatis credunt, dubitant tamen necessitate aliquâ naturali hæc in parte Deum constringere. Videamus ergo obiter quid hæc de re sit statuendum. Ea ergo sic habet: *Justitia Dei* quæ non uno sensu accipitur in Sacris Literis, ad istam generalem definitionem reduci potest, quod sit Voluntas judicandi hominem juxta legem ipsi positam: Hujus fundamentum est Dei Sanctitas; unde patet justitiam, quam vocamus, esse aliquid relativi, quod etsi fundetur in aliquo positivo, supponat tamen creaturam rationalem Legemque illi fixam: Et quandoquidem nulla necessitas fuit creaturas producendi, sed liberrimæ Dei voluntati istæ suum

suum ortum debent, eatenus quoque facile agnoscimus ex *liberâ* ejus *voluntate* esse, quod *Justitia* locum invenit. Verum suppositâ creaturæ rationalis creatione, quæ talis naturæ sit, ut ad Deum tanquam ad exemplar suum & summum bonum habeat relationem, cujus modum partim ipsi naturæ impressit, partim lege latâ illi defini- vit, cum *Naturâ Dei* convenit, ut *justitiâ* ergâ talem crea- turam utatur i. e. juxta tenorem legis ei vel præmium vel pœnam addicat, adeoque rectè *naturalis* ea potest appellari. Ut tamen non sit minus *voluntaria*, siquidem virtutes suas illarumque glorificationem Deus vult amat- que quàm liberrimè, atque exinde nascitur ea ipsa *ne- cessitas*, quæ facit ut Deus se ipsum abnegare non possit i. e. quicquam committere, ex quo sequatur eum talem non esse, qualis revera est, & qualem se revelavit crea- turæ: Unde jam non difficulter conciliatur Twissii lo- quendi modus cum sententiâ necessitatem *justitiæ* asse- rente. Ait in vindic. lib. 1. de Elect. p. 2. digress. 8. cit. Hoornb. lib. 3. p. 533. *Concedimus Deum non modo odise. sed & de facto punire omne peccatum; Sed de modo quaeritur; nos dicimus hoc fieri naturali quidem, non necessitate, sed congruitate, quæ stare potest imò stat cum liberrimâ Dei voluntate, liberrimè constituente manifestationem justitiæ suæ.* Item Twissius ibid. p. m. 203. *Quicquid à Deo fit, sit quidem ex debito non justitiæ obligationem secum ferentis, sed ejus justitiæ, quæ dicitur condecencia, quandoquidem nihil fit à Deo, nisi quod sapientia ipsius decen- ter & congrue fieri posse dictaverit.* Illa enim *congruitas* ita se habet, ut Deus contra eam agere nequeat, nisi *incongruè* & indecenter suis virtutibus, quæ esset earum abnegatio, & Sanctitatis everfio.

§. XIX.

Sed aliquantò longius videntur abire, qui ex præscripto tantum rerum ordine necessitatem arcessunt; Quamquam & hi ad ipsam Dei naturam tanquam necessitatis fontem regredi debeant, non modo quia Constanria Dei facit, ut ab ordine constituto non recedat, sed imprimis quia sapientia Dei juxta decentiæ seu Sanctitatis ejus legem talem ordinem præfixit, à quò jam ea ipsa Sanctitas vetat recedere. Cæterum uti fas nobis non est summæ Dei potestati figere limites, utpote quibus etiam non patet per omnia, quid illum decere queat nec ne, nihilominus cum jam partim ex ipsâ naturali hominis ad Deum relatione, partim ex ipsâ revelatione pateat, quid Deum reverâ deceat hâc in parte, licet nobis dicere, Deum *aliter non posse*. Quamquam interim simul pateat ipsum utpote sapienter & liberrimè justitiam exercentem non dedecere uti longanimitate, & in hâc vita eum pœnæ modum statuere, qui ordini universali à se posito, dirigendi omnia ad suam gloriam, optimè conveniat. Atque ita in hâc manifestissimâ veritate meritò acquiescimus, quæ insuper tot suffulta est Scripturæ testimoniis, ut non habeant adversarii, quod (violentam verborum detorsionem si exceperis) ad ea opponere possint, id quod præter alios vel solus Hoornbeekius loco non uno clarissime evicit.

§. XX.

Legi Ergo sua constare veritas debebat, Justitiæ Divinæ, Sanctitatis *angustia* asseri, antequam ad Deum admitti denuo poterat peccator. Quo verò istud modo? Scilicet *mortem* & maledictionem transgressori futuro homini Lex intentaverat; *illa* subeunda erat, qua latè patebat: Includitur autem omne mortis genus, quam
licet,

licet infligere Deus Judex posset pro liberrimâ suâ dispositione & per gradus, infligenda nihilominus erat, & ita quidem ut tandem esset *eterna*, גהנום Gehenna, quâ voce antiquitus usurpatâ, & petita à valle Hinnon perpetuis ignibus, qui ibidem alebantur (antea quidem in Sacrificiorum Molecho oblatorum, & post in excrementorum ex Hierosolyma istic confluentium, ut & cadaverum consumptionem) infami, designare locum damnatorum, Infernum, Judæis familiare est. Neque certè aliter ferre poterat ea quam diximus Dei Justitia, cujus æquitatem sua ipsius homini ostendit ratio: Vilipendium enim & contentus Summi Boni ut compensetur atque vindicetur sensu summi mali, æquissimum utique est, imò necessarium: Lex enim Dei cum sancita esset pollicitatione præmii, & comminatione mali, atque adeo enunciaret illi bene futurum qui bene, malè contra qui malè egisset (cujus contrarium cum in hâc vitâ plerumque contingat, post eam ut observetur illud necesse est) adjudicabat certè, graduum habita proportione, illi maximum malum, qui temerè versatus erat circa summum bonum; Imò hujus ipsius, nullo amplius longanimitatis intercedente temperamento, carentia & privatio, illud mox certissimè involvit: Negationis enim omnis boni ob peccatum conscientia, non potest non esse molestissima: (pax animi siquidem est, quem cura fugit Ovid.) atque hæc summum malum, hæc mors est, qua excruciarî potest creatura rationalis, ejus enim desideria per naturam ad boni assècutionem tendentia, ubi omni fruitionis spe destituuntur, continuâ mentem exercere carnificinâ necessum est: Cumque mens utpote immortalis, αἰὲν κινητὸς juxta Macrobiûm, post corporis fata superstes sit, patet æternos futuros istos equuleos, quorum aggravatio (ne quid

46.

49

5

quid ad miseriam defit) corpus erit in ejusdem sensus pœnalis trahendum societatem, ut *hominis* scilicet pœna fit. Hoc est quod vult Esaias quando de verme non morituro, de igne ἀσβέστω inextinguibili loquitur Cap. 66. ῥ. ult. & David Pl. 49:15. Quorsum etiam spectare videntur terribiles istæ apud profanos *Furia*.

§. XXI.

Ista igitur cum peccatorem maneret certissima pœna, omnis proculdubio ipsi ad Deum unquam accedendi spes præcidebatur! Hanc autem si resumere aliquando daretur, intervenire oportebat medium quo difficultates istæ utrinque tollerentur. Atque hæc jam ratio est, cur Deus descendere in fœdus cum peccatore nunquam voluerit, nisi præcedente atque interveniente piaculari victima. Imo hinc ratio vera & prima petenda est Institutionis *Sacrificiorum*, quicquid etiam obstrepant, atque ex Gentium antiquissimarum historiâ maximo studio congerant, Eruditi rituum Mosaicorum à genuinâ & divinâ origine ad Gentium Sacra Detortores Angli, Marshamus & Spencerus, qui id passim magnâ eruditione agunt, præeuntibus nonnullis ex Veteribus, ut ab Ægyptiis mutuo transfusos plerosque (dico *plerosque*, quia in nonnullis satisfacere ipsi sibi non possunt) vel inviti credamus: Deum, dicunt, per συγκατάθεσιν Israelitis assuetis cultui Ægyptiorum, non voluisse eum mox omnem eripere ob σκληροκαρδίαν eorum, itaque in sui cultus materiam transferre voluisse, atque hinc ortum omnem illum V. T. apparatus. Sed non fugere utique Viros Doctos poterat, aut saltem non debebat, quantâ cum Zelotypiâ ubi vis à Stercoribus Ægypti avocet Israelitarum mentes Deus, imprimis apud Ezechielem: Non enim tantum re-ditum in Ægyptum profus abominatur. Esai. 30. & 31. (quod

(quod licet ibi ad citeriora tempora referendum videatur, suam nihilominus veritatem quoque habet in illo populo, ut constat ex historiâ) Sed & in cultum quem ibi didicerint, & cui toti addicti fuerint acerrimè invehitur Ezech. 20: 7. & cap. 23: 8. & 19. 20. 21. ubi utriusque populi jam scissi, parti Israëlî & Judæ (*illi* sub nomine אֱלֹהֵי, quia sibi ipsi habitaculum Dei quod tunc materiale & χειροποίητον extare voluerat) ipso invito extruxerat, *huic*, quia abhorrebat ab eo & uni adhærebat quod Deus ipse sibi elegerat, sub nomine אֱלֹהֵי יִבְה (exprobratur, quod non dereliquerint *scortationes* quibus immerisæ fuerint diebus Juventutis *in Agypto*: Jam cogitet aliquis, an, si reliquos voluisset eosdem in suo cultu ritus, qui frequentati erant Agyptiis, *se ita* ab omni simulationis suspitione liberare potuisset, quin saltem aliquod in mentibus præjudicium superfuturum fuerit, non posse ita exosum esse Deo illum cultum, quippe quem ipse adoptet, & ad eundem modum præscribat suo populo? Velle autem hic dicere, alium in suo cultu ab Israelitis postulasse *animum*, foret propria cadere vineta: Solent enim Viri Docti hanc explicationem in nostris Theologis culpæ ad loca Esai. 1: 11. Mal. 2. Amos 5: 25. 26. ratione procul dubio istâ, quod ipsi suæ hic sententiæ singulare quærant præsidium; Sed omnem perdunt operam quando comparationem instituunt in iis, quæ jus naturæ commune omnibus, docere etiam omnes poterat. Cum enim vellet Deus in Gentibus omnibus superesse rationis dictamina, turpe ab honesto, bonum à malo discernentia principia, partim ut regula extaret, juxta quam supernaturalis revelatio aliquando cum certitudine recipi & dijudicari posset, partim etiam ut jam confusum ex peccato genus humanum ordine aliquo eatenus contineretur; dici

D

uti-

46.

42

9

utique non potest aut colligi, hæc vel illa dogmata eò pertinentia e. g. de reverentiâ parentum, incestu, adulterio, pollutionibus &c. ab uno populo derivata esse ad alios. Et in reliquis arbitrariis illis ritibus, quis non potius dixerit ad imitationem veri cultus, quem præscripsit Deus, similes apud Gentes formatos fuisse? Saltem pro eâ sententia præter ea quæ diximus, ratio non una militat: Quædam enim eorum à communibus patribus profecta erant, & frequentia intercedebant Ægyptiis commercia cum Israelitis & Idumæis, qui cultum patrum suorum ad posteros & alios proculdubio propagarunt, mentelicet cum patribus non eadem: Imò & à Patriarchis ipsis nonnunquam illic divertentibus addiscere hunc Deum colendi morem poterant: De Josepho equidem satis istud constat ex Pf. 105: 22. ubi *Principes Ægypti dicitur erudivisse in anima sua, & senes sapientiam docuisse*, quòd quo minùs ad ritus ejusmodi extendatur pariter, nihil obstare videtur; Imo probabile maximè est voluisse Josephum semina quoque veræ Religionis ibi spargere, postquam observassent Ægyptii Deum verum cum eo esse, qui cum instrueret tantâ sapientiâ, & quo faciente tam bene atque feliciter rem gereret; ad minimum istud operam dedit, ut in illa familiâ potente & splendidâ, ex qua uxor trahebat ortum, verus quoque Deus coleretur, cujus subobscurum indicium præbet nomen Putiel Exod. 6: 25. quod sibi conversus aliquis Ægyptius à Deo vero dedisse videtur, cum aliàs uterentur nominibus Poti-Phar, Poti-Pherâ &c. Sed & post Josephi tempora quando Rex adunationem meditabatur suum inter populum & Israelitas, quis dixerit, non id simul callidè egisse Regem ut sui Ægyptii aliquatenus cultui Israelitarum assuescerent? Solet enim plerumque in ejusmodi henoticis ab utraque parte aliquid remitti, uti in

in Israelitis etiam notatur, quòd impliciti fuerint *Idolatriæ* Ægyptiorum; Igitur Ægyptii similiter videntur Israelitarum veteres mores imitati fuisse: Imò cum postmodum circa exitum tot plagis exerciti essent, tandemque Rex cum integro exercitu à mari obrueretur, reliqui postea resciscentes quid porrò circa eum populum, cum quo Deus erat, ageretur, potuerunt *κακοζήλια* quàmdam, instigante Diabolo qui firmia Dei est, quique verum cultum corrumpere satagit, adoptare plurimos ritus, impiis cum de verâ antiquitate eorum non satis ex probatis authoribus constet; Ita ut procul omni dubitatione tutò subsistamus in verâ origine quam narrat se ex ore Dei accepisse Moses Exod. 25: 40. *Vide ut omnia feceris juxta structuram, sive, exemplar ostensum tibi in monte hoc.* Certè hoc magis convenit quàm si ex Deo Caligulam faciamus, qui truncatæ Jovis statux, simulacrum sui capitis imponebat, ut pro Jove coleretur.

§. XXII.

Sed ut ad sacrificia revertamur, certissimè dicere liceat eorum Authorem primum fuisse Deum, etenim qui primitus Sacrificia obtulerunt, *aut ἐθελουθῆσκαιον* in cultum introduxerunt, sed ea exosa Deo est, qui solus uti mentis, ita Religionis modique eam exercendi author & arbiter unicus vult esse, unde & omne in sacris *velle* infame est nisi Dei, quod exemplum utriusque Babylonis evincit, *aut* si *ἐν ἀρεσκον* Deo cultum exhibuerunt in Sacrificiis, ut equidem de Abele constat, de voluntate Dei, se hoc modo coli jubentis, edoctos eos fuisse oportet. Saltem nulla per se aut ratio, aut occasio alia peccatori suggerere poterat materiam incidendi in eam cogitationem, quod mactatione Bestiæ placari Deo possit, cum *se ipsam* potius morte dignum *ex naturâ* sciret, neque

Deo inde accedere posse quicquam commodi, quippe qui & Bestias creasset & sibi cæteroquin indigno earum usum per longanimitatem concederet. Imò cum tam Deo gloriosa & sapiens à posteriori in Sacrificiis observetur ad Messiam relatio, nemo certè dixerit eam aut casui, aut rationi corruptæ sibi que relictæ, quæ meros in cultu abortus gignit, suam originem debere: Rectè in simili argumento apud Ciceronem Quintus; *Itane verò potest, aliquid esse casu* (dicam ego, corruptæ mentis abortu) *factum, quod omnes in se habet numeros veritatis?* Certè eadem imò faciliori operâ quis, contra diserta Scripturæ testimonia, asseruerit denuo auctoritatem decantatis illis Sybillinis Oraculis, Messiam Gentilismo clarius depingentibus, quàm factum Judæis singulari privilegio in V. T. legimus, verum ista fidem suam pridem decoxerunt, non obstantibus commendatitiis Vossii. Igitur testatur Deus Pl. 50: 5. suos secum *fædus facere* עלִי וְבַח per vel super sacrificium. Testantur etiam Exempla: *Adami* exuviis in Sacrificium mactatæ bestię induti Gen. 3: 21. *Noachi* humani generis in *παλιγγενεσία*, mundi statoris post *præmissum* boni odoris *Sacrificium*, cum Deo fædus ineuntis. Gen. 9. *Abrahami* Gen. 15. & *Israelitarum* cum Deo specialius pangentium ad montem Sinai. Exod. 19.

§. XXIII.

Quæ ergo Dei admiranda *φιλανθρωπία* est & misericordia, prospicere misero, eumque juvare pro sua omni sufficientiâ voluit, sed ita ut simul ipse sanctificaretur *per justitiam*. Esai. 5: 16. Substituit itaque peccatoribus alium, qui humanæ naturæ sed non corruptæ particeps, adeoque frater, se loco eorum sisteret, eorum in se reatum susciperet, & foret *מִדְּבַר מַעֲוֹתֵיהֶם* *contritus ob pravitates eorum*, & *מִסֵּר מוֹסֵר* *pæna exemplaris* Esai. 53: 3. Verbo, qui

qui suo inde impetrato jure conciliare Deo fratres, hos ad eum adducere, & dicere posset, redime hunc ne descendat in foveam, ego Lytrum inveni Job. 33: 23. Atque ad hunc se ablegari reputare debebant & poterant, cum, Deo ita mandante, bestias istas mactatas, aut igne consumptas offerrebant, ut iis mediantibus de expiatione peccatorum certi, se non ingratos Deo promittere sibi auderent: Id quod magis *δενυκνω̄ς* ad animum Israeli revocabatur, quando legali postmodum disciplinâ introductâ, cumque eâ constitutis in *certa* peccata, *certis Sacrificiis* horum capitibus imponere manus, atque eorundem se adspargere sanguine tenebantur; qui certè ritus nullius plane momenti fuissent, nisi sublimius quid & *αὐτιματωδὲς π* intendissent: Quodnam autem istud esse aliud poterat, quàm ut hinc quidem testarentur istum sibi ex peccato incumbere reatum, qui omnem mereatur Dei iram (quæ igni passim comparatur) & mortem, inde verò profiterentur, istum à se reatum ablatum iri aliquando, surrogaturum Deum alium qui piacularis loco ipsorum fieret victima, atque in quem sua transferre peccata possent ut tanti dissidii causa isto tandem modo tolleretur; Cæterum Deum velle hæcenus Bestiarum mactatione contentum esse, in eas ergo sua se peccata *transmittere* manuum impositione, verum cum à Bestiarum immolatione plenaria solutio expectari non possit, sed ea in futurum demum sit reservata tempus; non posse etiam se jure pleno adire Deum, neque effugere identidem recurrentem ejus nondum præstitæ *convictionem & admonitionem*, sua tamen vel hoc ipso desideria versus eam acui, eique, dispositione Dei certò perficiendæ se debere, quod hæcenus *dimittantur impunes.*

D 3

XXIV. Qui

46.

49

9

§. XXIV.

Qui istam cum Sacrificiis piam mentem non adferebant, tantum aberat ut gratum & *εὐάρεστον* Deo exhiberent cultum, ut potius majorem ejus incurrerent indignationem & abominationem, Esai. 1. & 66. novam enim Deo inurebant maculam, dum ei imputare videbantur, quasi carne boum afficeretur, atque largiter effuso hircorum cruore, se ingurgitaret Pl. 50. Etenim alterutrum verum sit oportet, aut Deum externâ *ἀίμα-πικρυσία* acquievissse, atque ita carnivorus fuit I. c. aut istâ externâ quam jusserat mactatione aliud respexissse, quod offerentibus considerandum fuerit, atque hoc ipsum illud fuit, quod diximus. Sed fortè istis sacrificiis veluti signis gratitudinem Numini pro acceptis beneficiis testari voluerunt! Ita est: Verum hæc ipsa gratitudo neque fieri, neque sine mentis circa istum futurum mediatorem occupatione grata Deo esse poterat, quippe absque hæc erat, ut dementia illa allubescentiæ divinæ in rebus externis confirmaretur, ut taceam peccatorem nullo in creaturas jure respectu Dei gaudere, imò ipso eas usu impuras reddere.

§. XXV,

Cæterum quia omnis illa œconomia Typica erat, sub quâ ritus externos atque ceremonias tractare, easque accuratissimè observare tenebantur cum metu certissimæ pœnæ aut *θελᾶτες* aut ab hominibus infligendæ si negligerent, hoc inde referebant commodi isti Sacrificantes, ut censerentur eatenus in populo Dei, cui per externam ex communibus patribus originem simulac nati adscripti erant, neque à privilegiis typicis Terræ & tranquillæ in eâ vitæ, Templi, Legis &c. excluderentur, licet Deo inrerim nequicquam commendatores redde-

redderentur; Unde Mich. 6: 7. aut hi ipsi hypocritæ aut fideles infirmi queruntur Deum Sacrificia non respicere, *veniamne*, inquit, *ante Deum cum holocaustis*? Cum *vitulis anniculis*? *An accepta haberet jehova millia arietum, myriadas torrentium olei*? Et apud Esaiam cap. 40: 16. Deus *cujus os locaturum erat*, aperte declarat, quid sentiat de ejusmodi Sacrificiis, *etiam Libanus*, inquit, *non sufficeret ad comburendum, & animalia ejus non sufficerent holocausto*; ita Jerem. 7: 22. 23. transeo alia. Quantum verò ad eos, qui in fide offerebant, iis cedebat iste fructus, quem diximus ex Sacrificiis, hactenus quidem iudicio condemnationis eos eximens, nihilominus *ὁ δὲ πεινῶν τῆ ζῆν αὐτῶν dum viverent* parcus, ut imperfectionem illarum victimarum tantò magis observarent, quæ offerentes non plene expiarent, quæ negarent accessum ad Deum *ἐν παρηγορίᾳ*, quæ reliquam facerent peccatorum commemorationem & impuritatis exprobrationem, quæ repeti quotannis deberent, Sanctuario insuper exire jussu utpote re nondum planè confectâ ipso illo Sacerdote magno Levit. 16. verbo, quæ non planè tranquillarent conscientiam dum spe anxîâ & anhela in futurum prospicere juberent, ita ut Deum non semel in promissionibus omnimodam peccatorum expunctionem ad posteriora rejicere tempora audirent Jerem. 31: 34. Dan. 9: 24.

§. XXVI.

Ducebantur ergo ita & nos cum iis ducimur *ad Messiam*, qui adducto Sacrificio *ἀμύπτῳ* verum se Sacerdotem exhibiturus erat; Sacrificium ejus etiam *quale* futurum fuerit inde patet: Pecunium removimus, nihil ergo restabat, quàm ut ipse Sacrificium, & quia Sacrificium idem quoque Sacerdos fieret jure suo Clientes ad Deum

46.

49

9

Deum adducens. Primum hoc erat, & sine Exemplo unicum futurum Sacrificium, quod Deo *ex hominibus* pro expiatione peccatorum offerri posset: Hinc est quod in tantâ Sacrificiorum mole & numero cavere semper voluerit Deus *ἀνθρωποθυσίαν*, imo tanquam *Nominis sui* (quod per Sacrificium humanum *Sanctificandum erat*) *profanationem* notaverit nefandam illam infantum in cultu Molechi exustionem Lev. 18: 21. Ezech. 20. v. 31. quam mysteriorum divinatorum ignara Gentilitas hausisse videtur aut ex Religione superstitiosâ, aut ex Jephthæ exemplo, *filiam* devotam Deo (ut ex circumstantiis colligere est) occidentis, aut Abrahami *filium* ex divino mandato immolaturi, quorum procul dubio ad vicinas Gentes fama pervenerat: Ita suam Deo gloriam intervertere omni nisu laborat Diabolus! Quod enim cavere volebat Deus, hic infelix imitator introducere ausus fuit: Dico cavere voluisse necem humanam Deum in Sacrificiis, quod ipsum Isaaci exemplum palam facit, cum enim ad extrema perventum esset, & gladius patris jam incumbere videretur jugulo filii, novo mandato Patri *Deo* obedienti restituebatur filius *Patri* non minus obediens, idque cum *Mysterii* illius adumbratione, quod nunc obversatur nobis: Semen scil. Abrahamæ *Sanctificari* non poterat nisi per semen Abrahamæ, quod *occidendum* erat; Hoc autem quod tunc Deo præ manibus erat minimè par erat procurandæ isti Sanctificationi, unde occidi non debebat, neque poterat, sed *substitui* pecus, quod licet minus sufficeret isti negotio expediendo, ducere nihilominus aptum erat ad eum, in quem verè posset semen Abrahamæ reatum suum *παρένειν* transmittere: Idem in primogenitorum redemptione conspicere datur: Imò tantum aberat ut vellet Sacrificium aliquod ex hominibus

musci

bus extra verum illud admittere Deus, ut ne quidem quicquam ex carne & sanguine Sacrificiorum degustare licitum esset Levit. 6. & 7. quia scil. videri poterat ejusmodi offerens partem sui impendisse pro peccatis, si reliqua pars cum corpore ejus coaluisset. Mittimus alia, quæ ex eadem ratione sunt explicanda. E. G. quod sanguinis omnis usu interdictum ipsis esset, quod Bestia nulla pro ipsis immolata vitæ restituta fuetit unquam, id quod tamen Sacrificii sufficientiam comprobare debebat.

§. XXVI.

Atque sic ad Messiam redimus, cui soli tantæ molis laudem vindicare necessum est, qui proin se suamque perfectissimam obedientiam veteribus Sacrificiis audet opponere, Sacrificium & munus non voluisti ecce ego venio, addit se per ea in libro *prædescriptum* esse Pf. 40: 7. 8. Scilicet omnibus numeris absoluto obsequio Legi suam sanctitatem erat asserturus, intentionem maledictionis passurus subeundo mortem, ex eâ victor evasurus per resurrectionem, & regnum deinceps in cælo ad dextram patris administraturus, quæ singula per partes demonstrare facile est ex Gen. 3. Esai. 53. Pf. 16: 10. & 69. Pf. 68. & 47. Pf. 110. & cc. Hæc ergo vera est ratio Sacerdotii, de quo nunc opportunè monemur, eò quòd Ecclesia Christiana memoriam ejus hoc tempore ex historiâ, more inde à primis sæculis laudabili repetit: Atque ex eo sponte jam mox sequitur natura Prophetici & Regii muneris! Sed de iis, ut & de signis temporum aliàs ad Canticum Hannæ agemus distinctius. Itaque hic subsistimus, & Judæis, adhucdum antiquum obtinentibus, patrumque suorum infidelitatem clarissimæ Luci præferentibus acclamamus cum Jeremia c. 8.

E 17. 8.

46.

49

9

17. 8. איכה תאמרו חכמים אנחנו ותורה יחיה אתנו אכן. Quomodo dicetis, sapientes sumus & Lex Domini nobiscum, utique fallax scribarum stilus fallacias meras struxit.

Corollaria quædam Respondentis Miscellanea.

1. **A** Theos Theoreticos & Positivos dari. Neg.
2. **A** Cum non solum idea Dei, omnibus innata necessariam ejus existentiam clamitet, sed & omnia quæ sensibus nostris hauriuntur simul omnipotentem creatorem & conservatorem poscant.
3. Deus ad decreta plane indifferens fuit.
4. Sabbathum Adamo in statu integritatis datum esse, Negamus.
5. Adamum mysterium S. S. Trinitatis in integritatis statu cognovisse non est credibile.
6. Fædus Sinaiticum non per $\mu\omicron\sigma\chi\omicron\pi\omicron\lambda\iota\upsilon\upsilon$, nec per eam secutas formulas sed per stultam populi astipulationem abijt in fædus operum.
7. Mundus non infinitus nec indefinitus sed finitus est.
8. Cujus resolutio pendet ab imaginationis & pure intellectus distincto conceptu.
9. Motum per materiam ipsam augeri non posse verum est, sed per angelos augeri non posse falsum est.
10. Objectum predestinationis est homo lapsus.
11. Anima à Deo in propagatione peccati originalis creatur impura.
12. Creatur autem non immediate sed mediate.
13. Angelorum existentia à priori probari nequit.
14. Eos ratione essentia in Ubi esse, sive repletivo sive definitivo, absurdum est. Ad

Ad Nobilissimum & Doctissimum

DN. RESPONDENTEM.

Quæ Gentes latuere olim mysteria verbi!
 Quæ pariter renuit cognoscere cæcus Apella.
 Hæc Tibi scire datum. Judæos Gentibus addens
 Convinces omnes. Spoliis his, nosce Triumphos!

P R Æ S E S.

Die Höchste wissenschaft ist den Messiam kennen:
 Und ist die höchste Freud Den Seinen Heyland nennen.
 Der Rechten tiefer Grund zu gründen ist ein ding /
 Sehr billig hoch geschätzt; Es ist auch nicht gering
 Die Kunst der Medicin; Die Klugheit in den Sachen
 Die Himmel/ Erd und Meer begreifen / kan wol machen
 Den Mann / und solchen Mann der schuldig wird geehrt /
 Der alles Lobs und Ruhms ist und bleibt immer wehrt:
 Doch alles Dies und Das / und Jenes kan nicht geben
 Die Weisheit / so uns führt und bringet in das Leben.
 Messias ist Allein der Gott / und auch der Mann
 Der uns auß dieser Welt zum Himmel führen kan.
 Er ist Allein der Weg auf den wir müssen treten
 Und bleiben immerzu mit Glauben / Lieben / Beten;
 Er ist die Wahrheit selbst / die nimmer uns betreugt;
 Er ist der treue Zeug / der nimmer / nimmer leugt.
 Messias ist das Heyl der Juden und der Heyden:
 Und kam zu uns ins Fleisch / zu Tuhn und auch zu Leyden /
 Was Gottes streng Gericht von Ihm gefordert hat;
 Das hat er auch Gerahn / Gelitten in der Taht:
 Bis Er Uns worden ist ein Herzog / der Sein Leben /
 Für Unserer Sünden Schuld und Straf / zwar hingegeben:
 Doch ewig lebt; Und gibt des Himmels Seeligkeit
 Die Ihme kleben an / und Glauben in der Zeit.
 Wol dem / der dieses weiß! Dem kan es nimmer fehlen:

Er

Er weiß schon alles das / was der / sonst armen / Seelen
 Zu wissen nöhtig ist. Messias ist der Stern
 Sein Zeugniß ist allein das Mark / und rechter Kern
 Des ganzen Gottes Worts. Wol dem / der von dem Herrn
 Hat dieses wol gelernt; Und kan es andre lehren/
 Wie du / Herz HANSTEIN kanst! Wir rühmen deine Kunst:
 Es hat Dein wissenschaftt bey Gott und Mänschen Gunst.
 Fahr fort! fahr ketlich fort! Laß hören deine Gaben:
 Du wirst ein grosses Lob und Ehre davon haben.
 Fahr fort! Messias ist der Zweck und Inhalt dein:
 Auch sol Messias Dein / und Unser Helfer seyn.


Diß segnen glückwünschend und auß schül-
 der pflicht dem Herren Disputirenden
 hinzu seine sämptliche Commensales

A D E U N D E M.


Nunc Heliconiades, mihi, vires ferte secundas,
 Ut cantem, Juvenis docti, praconia laudum,
 Quem video magnis mentis donis cumulatum:
 Haud quaquam obscuro, sed pulchro sanguine natus.
 Quantum lenta solent inter viburna cupressi
 Sic inter multos, radianti Luce coruscat.
 Presso subsequitur patris vestigia gressu:
 Adventum Christi, qui proles unica patris,
 Illius & munus, scrutatur acumine mentis.
 Perge nova virtute HANSTEIN, sic itur ad astra:
 Quo pede cœpisti, sic tu bene semper abito
 Egregius splendor Christi cultoribus esto,
 Hinc tibi nascetur, nomen, reverentia magna.
 Largaque, coelicolum, statuet tibi, præmia Rector
 Hoc opto ex animo mea vota Jehova secundet.

*Sic gratulabundus amico amicus non
 ut voluit sed ut potuit accinebat*



T. H. CRAMERUS.











DE
LII DEI
SE FACIENTIS
OPERATIONE.

§. I.

Multa paradoxa, quæ passim
ne verbi divini primo conspectu
; , haud parvi momenti illud est,
ristus Deitatem suam probat ex
nibus suis, quæ unice a Patre
st, inquit, *Filius A SE IPSO*
videat aliquid Patrem facientem,
nissimi dicti veritatem non sta-
amanæ sapientia naturalis, cum
ur, *a se esse, & a se operari*. Me-
oni Dei summæ tribuitur, quod
tendum aut operandum præter

Quam igitur hoc est *παράδοξον*,
eo probari, quod Deitati vide-
situm & nimium repugnans!
dubitamus operæ pretium futu-
um Theologicum ad antiquissi-
mæ veritatem, *Filii a Patre ex*
idoneum ex hoc loco aliisque
e Dei sedulo expendamus. Ita-
nctius agatur i. operationem di-

A 3 divina

*Argumen-
ti proposi-
tio & divi-
sio.*

46.

9